Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



· Ieremias ·

mea sepulchrum. et uulua eius con
ceptus eiusmodi. Quare de uulua egressus
sum ut uidem laborem et dolorem.
et consumentur in confusione dies mei.

Verbum quod factum est ad ieremiam a domino.
cum misit ad eum rex se
dechyas phassur filium melchie.
et sophoniam filium maasie sacer
dotem dicens. Interroga pro nobis dominum.
quia nabuchodonosor rex babylonis pug
nat contra nos: si forte fac
iat dominus nobiscum secundum omnia
mirabilia sua. et recedat a nobis.
Et dixit ieremias. Hec dicetis se
dechye. Hec dicit dominus deus israel.
Ecce ego conuertam uasa belli. quae in
manibus uestris sunt. et quibus nos
pugnatis adversum regem baby
lonis. et chaldeos qui obsident uos
in circuitu muroru. et congregabo eos
in medio ciuitatis huius. Et de
bellabo ego uos in manu extenta.
et in brachio forti. et in furore et in
dignatione. et ira grandi. et pro
tiam hostatores ciuitatis huius.
hominis et bestie pestilencia mo
rientur magna. Et post hec ait dominus.
dabo sedechyam regem iuda. et suos
eius et populum eius qui relicti sunt
in ciuitate hac. a peste. et gladio. et
fame. in manu nabuchodonosor regis ba
bylonis. et in manu inimicorum eorum.
et in manu querentium animas eorum. et
percutiet eos in ore gladii. et non pecceret.
neque parcet. nec miserebitur. Et ad popu
lum hunc dices. Hec dicit dominus deus.
Ecce ego do coram uobis uiam
uite. et uiam mortis. qui habitauerit
in urbe hac. morietur gladio et
fame. et peste. qui autem egressus fuerit.
et confugerit ad chaldeos. qui obsidet
uos. uiuet. et erit ei anima sua in
spolium. Posui enim faciem meam
super ciuitatem hanc in malum et non
in bonum. ait dominus. In manu re
gis babylonis dabitur. et comburet eam
igni. et domum regis iuda. Audite
uerbum domini domus dauid. Hec
dicit dominus. Iudicate mane iudi
cium. et eruite eum qui oppressus est de manu
calumniantis. ne forte egrediatur
ut ignis indignatio mea. et succen
datur. et non sit qui extinguat.
propter malitiam studiorum uestrorum.
Ecce ego ad te habitatorem uallis
solide. atque campestris. ait dominus.
qui dicitis. quis percutiet nos. et
quis ingredietur domos nostras.
Et visitabo super uos iuxta fructum
studiorum uestrorum. dicit dominus. Et
succendam ignem in saltu eius.
et deuorabit omnia in circuitu eius.

Hec dicit capitulum xxij.
dominus. Descende in do
mum regis iuda. et loqueris
ibi uerbum hoc. et dices. Audi uerbum
domini rex iuda. qui sedes super solium
dauid. tu et serui tui. et populus tuus.
qui ingredimini per portas istas. Hec
dicit dominus. Facite iudicium et
iusticiam. et liberate de manu oppressum de
manu calumniatoris. et aduenam et pupillum et uiduam nolite
contristare. neque opprimatis inique:
et sanguinem innocentem non effun
datis in loco isto. Si enim facientes
feceritis uerbum istud. ingredientur per
portas domus huius reges seden
tes de throno dauid super thronum eius.
et ascendentes curribus et equis ipse et
serui eius et populus eius. Quod si non audieri
tis uerba hec. in memetipso iurauit
dicit dominus. quia in solitudinem